

S. Copia

318

260.

Cupio, mi Miskini, ut quam saepiusculo me certiorum facias, quid agant puelli mei, ut studia ipsorum procedant, et quid in singulis observaris quod à me expediat cossctam aut Laudatura. Cum rudimentis porro, quae, opinor, brevi devoraverint, summopere commendo ut ab omni genere vocabulorum iuventiam probe instructos. Idq; ut rectè atq; ordine fiat, necesse erit singuli in Libellos, ad hoc consuetos, sua manu referant quocumq; & vocabula te praecunte exeperint, una cum interpretatione Latina ex adverso opposita. In ea re quo rursus confusio evitetur, curabis ut singula in suas classes suo Marte redigant, quas in folia aut paginas sic distriburas velim, scilicet ut suus Locus, pagina, vel etiam plures paginae sint nomini Substantivo, suus Adjectivo, suus Pronomini, verbo, Adverbio (nam de Participio non est quod hic solliciti simas) Praepositioni, Conjunctioni, Interjectioni. His enim dictionariolis, sua manu collectis, tam familiariter assuescent, ut quam mæ in promptu habituri sint quae necesse est vocabula circa hoc initia non ignorent, fietq; proculdubio ut paucis morsibus Latine sic balbutiant, ut de Leucisculis Grammatices et porro etiam Syntaxeos regulis admoniti, usu deinde et fabellarum perfectione facilem dicendi copiam acquirant. Vale, et, quod dicebam, saepiuscule ad me scribe quid rei agatis. In castris ad Bredam 17. Sept. 1637.